

COMMENTARIA

In

REGVLAS CAN-
CELLARIÆ APOSTOLICÆ,
SIVE IN GLOSSEMATA ALPHONSI
Sotto, Gloffatoris nuncupati:

AVCTORE *Nom. & Cof. ad. 1621.*

IOANNE A CHOKIER , ECCLESIAE CA-
thedralis Leodiensis Canonico.

OPVS OMNIBVS CFM IVRIS CANONICI, TVM PRAXEOS
beneficiaria, & Cancellaria Romana studioſis vtilissimum.

AD S. D. N. GREGORIVM XV. PONTIFICEM
MAXIMVM.



COLONIÆ AGRIPPINÆ
Sumpibus IоANNIS KINCHII ad intersigac Menocerotis,

Anno M.DC.XXI.





GREGORIO XV. PONTIFICI OPT. MAX.

Ioannes à Chokier E.

INTER summa, BEATISSIME PATER,
Summorum Pōtificum erga
Rem publicam Christianam
nedum Romanā merita, in-
clytē Vrbi, ac potius Orbi sic frequen-
tia, vt fando recenseri explicarive
non possint, illud non in postremis
videtur esse, quòd non solum eidem
Reip. Christianæ summam securita-
tem, pacemque aduersus pestiferos
barbarorum hæreticorū conatus, ve-
rūm etiam lites, quoad eius fieri pos-
set, ab Ecclesia Dei exterminare, Di-
casterijs omnibus eliminare, Sanctua-



COMMENTARIA
IO ANNIS A CHOKIER
*ECCLESIAE CATHEDRALIS
LEODIENSIS CANONICI.*

IN

Regulas Cancellariæ Apostolicæ, siue in illarum antiquum
Glossiographum Alphonsum Sotto.

IN RVBRICAM ARGUMENTA.

- | | |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <ol style="list-style-type: none">1. Rubricæ sunt de textu, seu ad textum referuntur.2. Valet argumentū à significatione Rubricæ.3. Rubricæ Decretaliū nō sunt authēticæ quando sunt contraria textui.4. Discriben est inter Regulas, Ordinationes, & Constitutiones.5. Regulæ Cancell. nedum Romæ seu in Cancellaria, sed in toto orbe seruādæ sunt, exceptis his quæ sunt dandæ.6. Gaudent breuitate Romani.7. Rubricæ restrictionem ac declarationem ab ipso textu patiuntur.8. Una pars legis aliam declarat.9. Ex præcedentibus sequētia explicantur.10. Ex Rubricâ lex interpretationem accipit.11. Quando textus generalior est Rubrica non debet restringi per Rubricam.12. Omnes Rubricæ consonantes textui possunt allegari.13. A Rubricis Decretorum non licet | <ol style="list-style-type: none">arguere.14. Regulæ appellatione quid veniat, & quid voce Ordinationis, & num. 16.15. Regula quid?16. Ordinationes Cancellariæ quid designent.18. Regulæ istæ quare Regulæ Cancellariæ nuncupentur.19. Exclusio vnius est inclusio alterius.20. Regulæ Cancellar. an ligent extra Curiam, seu an inducāt ius uniuersale.21. Regulæ Cancell. debent impetrari à Vicecancellario seu Cancellariæ Regéte, vt faciant ius in iudicij extra Curiam, alias sententia vigore illarum lata nullitatī non subiaceret.22. Limita, nisi sint illæ solemnes quæ uarijs Doctorum Commentarijs sunt explicatæ.23. Regulæ de dandis ius uniuersale non constituunt. |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

A

SANC-

vel compermutans acceptet.
25. Possessio beneficij non simpliciter
cessat, sed in favorem, non abdicat ius.

à cedente, nisi probetur ab eo captam
fuisse, ad cuius favorem cessa fuit.

Regula XXXVIII. INNOCENTII VIII. quæ est PAULI V. Regula. xl.

DE CLAVSULA PONENDA IN LITTERIS PERMVTATIONVM BENEFICIORVM.

ITem si committatur alicui beneficij resignationis receptio, po-
natur clausula, Attentè quod prouideas &c: et si ex caussa per-
mutationis resignationes fiant, ponatur clausula quod Neutri
permutatiū ius acquiratur, nisi quilibet ipsorum ius habuerit
in beneficio per ipsum resignato.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista Regula dicit quod si committatur alicui quod recipiat resignationem alicuius be-
neficij, debet Abbreviator ponere in Bulla, Attentè quoq; prouideas, quod in re-
nunciatione prædicta, vis, metus, ac aliqua simoniaca prauitas non interueniat
&c: & hoc est quando simpliciter debet fieri renunciatio: sed si committatur sibi quod
recipiatur ex caussa permutationis, tunc debet ponere clausula ista, quod neutri permutan-
tium ius acquiratur, nisi in quantum quilibet ipsorum ius habuerit &c: hoc di-
cit. Et de prima clausula oportet diuinare quid velit dicere, sed referas te ad copias Ab-
breviatorum: nibilominus tamen **Ma** est quam dixi, & fundatur in cap. super hoc de re-
nunc. & de secunda clausula est aqua ista regula, quia solet, ex caussa permutationis in
supplicatione illa clausula vel alio quouis modo vacauerit &c: nam tunc si ponatur ista
clausula de qua in Regula nihil prodest illa clausula. vel alio quouis modo vacauerit
quod est utile ad limitationem glos. & doct. in c. susceptum de rescript. lib: vi. &
ad limitationem decisionis Rota quam superius allegauit.

Item non posset dici tunc quod quando Papa confirmat id quod alias de se est nullum
videtur aliquid facere de novo si facit ex certa scientia ut dicit glos. not. in c. placuie
xvi. q. vi. tamen quando ponitur ista clausula hic expressa, secus esset: quia non vide-
tur Papa facere ex certa scientia: ideo cautela posset esse contra istam Regulam, quod si
iis transire bullas cum clausula vel alio quouis modo ex ipsius vel alterius &c: sine
ista

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A **T**amen intelliguntur) Sunt enim clausulae quae de iure insunt, ideo si non apponantur, non vitiant gratiam, quia Papa presumitur habere notitia de consuetis apponi *Cresc. dec. 14. de Prab. maxime si secunda clausula non apponatur: cum de iure permutatio non subsistat nisi permutatis beneficiis sint propria, text. in c. 1. & ibi DD. in verbo sua beneficia de Rer. perm. in b. Fred. de Senis tract. de perm. q. 10. vbi scribit quod quando unus ex permutatis beneficiis habet ius in beneficio, alter vero non, quod permutatio ipso iure non subsistat, cum ad hoc ut permutatio valeat, iura velint ut beneficia sint permutatis propria c. vii venerabilis de exceptio DD. in d. c. 1. Hinc placuit Curiae Burdigalenium teste Papino lib. 2. tit. de Resignat. arresto 16. permutationem cum Mevio factam a Titio, cuius iam ante beneficium per Sempronium certo modo erat impetratum, non sustinisse, nec Meuij resignationem exinde secutam in præiudicium dictæ impetrationis valuisse.*

B **C**ommuniter tenetur in contrarium) Eidem opinioni & ego subscribo, motus auctoritate Rotæ in una Gerundinen. *Praesmonij s. Iulij 1593. coram Litt. & in una Conclam. apud Achillem de Grassi decis. 403. Aufrey ad decis. Capella Tholos. 260. in s. Marian. Socini conf. 168. in pr. vbi scribit hanc sententiam magis esse communem & in praxi receptam, qua de re latius scripsi in tract. de perm. benef. p. 3. cap. ix. nro. 3. & ratio est, quia per resignationem etiam ex causa permutationis inducitur vera vacatio utriusque beneficij compermutati & permutatione expedita neuter permutantium habet ius in suo pristino beneficio, dictis iuribus quibus, adde Rotam Besignet. decis. 3. utrum permutantes, de der. perm.*

C **Q**ui renunciauit etiam non habet ius) Non: cum renunciatio ex causa permutationis veram inducat vacationem, & sic tituli extinctionem Vvames. *confil. 237. num. 10. vel 1. & cons. 257. vol 1. Marian. Socinus conf. 168. in pr. Achill. de Grassi decis. 403. nro. 4. atque ita, vel opus est noua collatione DD. supra citata vel saltē consensu, seu auctoritate superioris, qui est ad instar collationis in eiusmodi regressu, sive reversione, Redoanus tract. de Simonia p. 2. c. 10. nro. 28. Staph. de litt. grat. tit. de var. mod. vacat §. 1. nro. 14. id quod pluribus ostendi in d. meo tract. de perm. benef. c. 9. p. 3. Verum, quæ ibi & supra scripsi, sic velim interpretari, ut tum demum non liceat propriâ auctoritate regredi ad beneficium a se ex causa permutationis dimissum, si collatio & acquisitio sic vacantis beneficij facta sit, & resignarius seu compermutans illius possessio nem acceperit, nimurum*